



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dom. 18. post Pent. De Paralytico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

DOM. XVIII. POST PENT.

De Paralytico. Matth. 9.

PUNCTUM PRIMUM.

1. **Q**uere-
da sani-
tas ani-
mæ.
1. **C**hristus paralytico in lecto jacenti, ob fidem deportantium eum, dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Considera Christum non rogatum, primò ei remittere peccata, ut discas prius in te aliisque sanitatem animæ quærere, quàm corporis: deinde, peccata sæpe esse causam morborum. 2. Considera bonum esse te versari in societate multorum piorum, ut si non tua fide & operibus, illorum saltem pietate & precibus sanitatem spiritualem impetres, maxime si paralyticus sis, id est, multis imperfectio- nibus obnoxius.

PUNCTUM II.

1. **R**eme-
dium
malæ
cogita-
tionis.
1. **I**esus videns cogitationes blasphemias Scribarum, ait. *Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua, an dicere surge & ambula?* Considera, exemplo Christi nos doceri, quoties prava menti obrepit cogitatio, debere reprehensione nostri ipsam mox repelli, dicendo. Ut quid cogitas malum in corde tuo. 2. **S**er-
Vince in
bono
malum.
2. **S**er-
vum Dei contra maledicos & detractores non aliis armis uti, quàm boni operis exemplo, ut hîc Christus fecit sanans paralyticum, ut ostenderet se posse remittere peccata, quod Scribæ putabant blasphemum.

PUN-

PUNCTUM III.

1. **T**unc ait paralytico, Surge, & tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Considera per paralyticum intelligi spiritualiter peccatorem, operibus meritoriis destitutum, vel otio turpi in sua vocatione marcentem. Is primo Deo confidens à vitiis vel imperfectionibus antiquis debet surgere, per bonum propositum vitæ emendandæ. 2. Tollere lectum, id est, corpus suum cogere servire justitiæ, quod prius servivit iniquitati, castigarèque illud jejuniis, disciplinis, &c. 3. Vadere in domum suam, id est, bonorum operum exercitio de virtute in virtutem proficere, donec perveniat ad domum, id est, ad patriam cœlestem.

1. Quomodo peccator sanatur.
1.
2.
3.

DOM. XX. POST PENT.

De Reguli filio. Ioan. 4.

PUNCTUM PRIMUM.

1. **R**egulus rogat Iesum ut descendat, sanetque filium suum incipientem mori. Considera vanitatem omnium quæ in mundo sunt; quid enim nobilitas, & opes profuere Regulo, ut à morte liberaret filium. 2. Dei sapientiam tam variis, mirisque modis homines pertrahentem ad salutem: occasione enim hujus lethalis morbi factum est ut & Regulus quæreret Christum: & tota ejus familia converteretur. Ut merito morbi & aliæ calamitates inter dona Dei sape

1. Nobilitas opesque inutiles.
2. Morbi, &c. dona sunt Dei.

Gg 2 sint

è si-
n: si
aliis
elu-
is his
tio-
celle
nec
ergo
opes,
ran-
n est Luc. 6:
quæ- 33.
um,
hri-
t, &c

xin- Quam
larus potens &
mit: Christo:
meu
vefa
i co-
O
plo- Iac. 5: 11
e pr-
arri-
ancti
ides,
cæ-